UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conferentiæ Theologico Morales

Compendiosè propositæ ac breviter resolutæ Ad Usum Directorum Conferentiarum Hebdomadalium ... DD. Parochorum, Curatorum, Confessariorúmque omnium

Ex Materia Septem Sacramentorum Atque Justitiæ De Restitutione Excerptæ

Sargar, Elisaeus

Augustæ Vindelicorum, 1720

An sufficiat contactus capillorum. n. 30.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41194

Visual Library

Gob. hic tr. 2 cap. 1. ſect. 2.) quod nondum natus ſit: quod ſi enim ſcinderetur ex utero, baptizandus utique eſſet, qui tamen natus non eſſet. Deinde ſi Parvulus in utero capax eſt contrahendæ maculæ originalis nondum natu quare non ſimiliter capax ſſe debeat remedij ad eandem abluendam, fateor tamen talem rebaptizandum ſub conditione, ſi integer na-
29. ſcatur quia in ſimilibus, quod ſecurius eſt te-nendum eſt. Sed quid dicendum ad cit. can. qui videtur eſſe Reſponſioni contrarius, dico, canonem ſe ipſum explicare, dum ait, *infantem in maternis uteris cum matre baptizari non poſſe*, ita nimirum, ut Baptiſmus matri collatus infanti proſit quod utique nemo negat.

CONFERENTIA. VIII.

30. SI nil niſi capilli vel ungues de infante ex utero Matris promineant, an & hic baptizandus? ℞. talem baptizandum ſub conditione, quia probabilis ſententia eſt, capillos & ungues eadem anima rationali animari, qua animantur partes cæteræ.

De Forma Baptiſmi.

CONFERENTIA. IX.

31. QUidam Sacerdos parum latinus, ut referunt cap. retulerunt 26. de conſec. d. 4. ſolebat baptizando dicere, Ego te Baptizo in nomine Patria & Filia & Spiritu ſancta, an valide baptizarit.

℞. Valid